



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 60. Quid observandum sit, si repetatur baptismus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42545

sed sufficere fidem parentum, ideoque negligunt aliqua necessariò requisita; aliqui utuntur aquis odoriferis, non curando, an sit elementaris, dummodo sit fluida; quandoque unus affundit aquam, dum Prædicans profert formam, velex cathedra legit Evangelium. Etiam mentendum est, ne carcent intentione debitâ, nam, utl jam accipio per litteras, à quodam Missionario, petunt quandoque an parentes velint problem baptizari Catholice, an Lutheranè; item, inquit idem Missionarius, quivis baptizat, prout assuevit, vel sibi formulam fabricat, absque cura, dummodo in speciem verba proferat, quæ Baptismi collationem qualitercumque significent, & ita ex rituali suo dicunt multis locis, *Ego te baptizo in nomine Patris, Filii, & Spiritus S., omisso, &*, quam formam licet n. 35. cum communi dixerim valere, tamen Comitolus l. 1. q. 7. negat valere, & Catholici malunt pro securitate addi Patris & Filii &c. prout habet forma à Christo nobis tradita Matih. 28. v. 19. Ex quibus colligo, si in quibusdam locis sint ita incurri Prædicantes, nec sollicitè observent ea, quæ catholica Ecclesia requirit ad valorem Sacramenti, debere à talibus baptizatos sub conditione rebaptizari.

Q. 60. Quid observandum sit, si repetatur Baptismus. R. Præter notata à Busenbaum & relata n. 284. observanda sunt seqq. 1. Quando sub conditione repetitur Baptismus, probabile videtur, quod non sit obligatio confitendi, quia libertas est in possessione, certum enim est baptizandum non fuisse obligatum confiteri ante Baptismum, & supervenit dubium de Baptismo,

230 Lib. VI. Pars I.

ex quo sequeretur ea obligatio , possessionem
autem certam non expugnat dubium superve-
niens. 2. Adultus , qui baptizatur, tenetur pr-
mittere saltem attritionem , non quidem de
peccato originali , sed de actualibus mortalibus,
325. si commiserit , Gob. t. 2. n. 404. 3. Baptismus , qui
ob dubium sub conditione repetitur , secundum
aliquos potest licet peragi omni loco , & aquocu-
que, etiam laico , ed quod Canonis statuentes, ut sit
Parochus vel Sacerdos , videantur tantum loqui
de Baptismo absoluto : quidquid sit de hoc , me-
lius est etiam in Baptismo , qui sub conditione
repetitur , se accommodare usui commuui , &
adhibere saltem Sacerdotem , si haberi possit,
Gob. n. 405.; imo Parochum ipsum , secundum
dicta n. 376.

326. Q. 61. An ille , qui moritur dubie baptizatus , sit
sepeliendus loco sacro. R. De hoc aliisque ad sepul-
turam pertinentibus agemus lib. 7. , quando de
excommunicatione.

D U B I U M V.

De Ceremoniis Baptismi.

A R T I C U L U S I.

*Quæ servanda circa Ceremonias
baptizandi.*

327. "R Esp. Ceremoniæ Baptismi petendz sunt ex
Agenda cuiusque Ecclesiaz. Universim te-
men circa eas servanda sequentia. 1. Baptismum
extra necessitatem absque peccato non posse
conferri , nisi in aqua consecrata : quæ cum de-

et

